

14 Mediolani 'carmina videntur posita fuisse apud portam Ticinensem et Eustorgianam aedem et propter urbis ruinas corrupta. Ibi adhuc fons manet, ubi dicitur S. Barnabas primo Mediolanenses baptizasse, sacrificium obtulisse et populum docuisse.' BASILICAPETRI.

HVNC FONTEM TIBI DEDICAT ATQ. DEO SVPER VNDIS  
 CONSECRAT IMPOSITAM FAMVLVS PROTASIVS ARAM  
 QVA TICINA SILEX ET MARTIA PORTA BEATE  
 BARNABA TE LIGVRES ADVECTVM NVPER IN ORAS  
 5 AVDIIT HORTANTEM CAETVS ET RITE LAVANTEM.  
 deest versus  
 . . . . . FLAMINE VICTO  
 VT PER TE TVA PLEBS LVSTRALI ADMOTA SACELLO  
 QVAM FACIES EST ALBA VRBI QVAM CANDIDA GENTI  
 10 TAM NIVEIS ANIMIS COLAT INTRA MOENIA CHRISTVM

Carolus Basilicapetri (= Bescapè) episcopus Novariensis brevis hist. provinciae Mediolanensis et XI priorum archiepiscoporum Mediolanensium vitae (Mediolani 1628. fol.) p. 54: 'extant carmina quaedam huius episcopi (Protasii) fontem et aram dedicantis S. Barnabae, quae protulit Alciatus et N. Fonteius seu Fontana sumpsisse scribitur ex volumine quodam Saxonico'. Idem in alio tractatu simul edito de metropoli Mediolanensi p. 11: 'monumentum pulcherrimum nobis reliquit Andreas Alciatus, quod etiam N. Fonteius seu Fontana Mediolanensis ex volumine quodam Saxonico in Germania sumpsit'. — Basilicapetri v. 1—8 dat tamquam utriusque auctori communes, ad v. 9 praescribens: 'Alciatus sic habet sequentes versus'.

15 Mediolani incisum in lapidem iuxta imaginem S. Anathalonis episcopi.

D. ANATHALONI ATTICO SECVNDO EPISCOPO  
 PETRI HOSPES SANCTEQ. ANATHALON DOMNE PROBATE  
 ATQVE IDEM SOCIVS BARNABAE APOSTOLICI  
 QVI MEDIOLANI VERBI MYSTERIA TRADENS  
 5 TE IVBET AGNATOS VISERE CENOMANOS  
 DVM TVA MEMBRA METV. RIGIDIS SVBDVCTA TYRANNIS  
 BRIXIA VICINO DETINET IN LOCULO  
 HIC TITVLVM ET PICTO VENERANDOS PARIETE VVLTVS  
 MIROCLES REDDIT PRAESTITIT ALMA FIDES  
 10 MIROCLES EPISCOPVS

Caesar Baronius martyrologium Romanum ad diem Sept. 25 (ed. 2 Antverpiae 1589 p. 428) ex ms. commentario Andreae Alciati de rebus patriis servato apud Franciscum Alciatum cardinalem. Ab Alciati editis commentariis inscriptio abest, cum fontis ibi (p. 96) mentio fiat. Ex Baronio Grut. 1161, 6 a Scaligero; Ughelli Italia sacr. 4, 36 ed. 2. — Mirocles secundum catalogum Ughellianum sedit archiepiscopus Mediolani ab a. 303 ad 315.

breviationis canonum Ferrandi, scilicet bibliothecae Trecensis collegii Threcipithoeani, ex quo eam breviationem Pithoeus a. 1588 edidit.

7 IVNCTA pro VICTA Puric. — Hoc sanctae Marcellinae sororis sanctorum Ambrosii Satyrique epitaphum vulgo tribui Simpliciano Ambrosii in episcopali dignitate successori Alciatus addit. Praeterea videatur Rossius *Bull. Crist.* 2 (1864) p. 73.

17 Mediolani extat adhuc in aede  
 Ambrosiana ALC.

HIC CVBAT AETERNI HLVDVICVS CAESAR HONORIS  
 AEQVIPERAT CVIVS NVLLA THALIA DECVS  
 NAM NE PRIMA DIES REGNO SOLIOQ. VACARET  
 HESPERIAE GENITO SCEPTA RELIQVIT AVVS  
 5 QVAM SIC PACIFICO SIC FORTI PECTORE REXIT  
 VT PVERVM BREVITAS VINCERET ACTA SENEM  
 INGENIVM MIRERNE FIDEM CVLTVSVE SACRORVM  
 AMBIGO VIRTVTIS AN PIETATIS OPVS  
 HVNC VBI FIRMA VIRVM MVNDO PRODVXERAT AETAS  
 10 IMPERII NOMEN SVBDITA ROMA DEDIT  
 ET SARACENORVM CREBRAS PERPESSA SECVRES  
 LIBERA TRANQVILLAM VEXIT VT ANTE TOGAM  
 CAESAR ERAT CAELO POPVLVS NON CAESARE DIGNVS  
 COMPOSVERE BREVI STAMINE FATA DIES  
 15 NVNC OBITVM LVGES INFELIX ROMA PATRONVM  
 OMNE SIMVL LATIVM GALLIA TOTA DEHINC  
 PARCITE NAM VIVVS MERVIT HAEC PRAEMIA GAVDET  
 SPIRITVS IN CAELIS CORPORIS EXTAT HONOS

Alciatus codd. et aliis et Dresd. l. 1 f. 164. Puricelli mon. Ambros. 1, 220 citat Corium, Baronium, Alciatum ms., Eryc. Puteanum (hist. Insubr. l. IV), dat ex ipso marmore. Habent etiam Burmannus anth. 2, 152 et Meyer anth. n. 826. — 12 ex VEXIT factum GESSIT.

14 'Versus quos ad fontem D. Barnabae primi Mediolanensis episcopi olim Prothasius episcopus Mediolanensis posuerat fracti in excidio urbis sub Aeneobarbo'.

HVNC FONTEM TIBI DEDICAT ATQ. DEO SVPER VNDIS  
 CONSECRAT IMPOSITAM FAMVLVS PROTHASIVS ARAM  
 QVA TICINA SILEX ET MARTIA PORTA BEATE  
 BARNABA TE LIGVRES ADVECTVM NVPER IN ORAS  
 5 AVDIIT HORTANTEM COETVS ET RITE LAVANTEM  
 hic deerant duo versus  
 VT PER TE TVA PLEBS LVSTRALI ADMOTA SACELLO  
 ATQ. HEC PRAECIPVE COLAT INTRA MOENIA CHRISTVM  
 10 VRBS MEDIOLANI ANTE ITALAS INGENVAS VRBES

Fontana sub Barnaba cod. f. 17'. Inde edidit Basilicapetri loco iuxta citato.

10 VRBIS ante VRBS in codice deletum. — INGENVAS cod., INGENIOR Basilicapetri.

16 Mediolani in Ambrosii templo.

MARCELLINA TVOS CVM VITA RESOLVERET ARTVS  
 SPREVISTI PATRIIS CORPVS SOCIARE SEPVLCRIS  
 DVM PIA FRATERNI SPERAS CONSORTIA SOMNI  
 SANCTORVMQ. CVPIVS CARA REQVIESCERE TERRA  
 5 NIL LONGINQVA DOMVS CASTO DECERPISIT AMORI  
 AFFECTVS NEC MORTE PERIT NAM MVNERE LETHI  
 RVRSVS VICTA SOROR FRATERNAE REDDERIS VMBRAE  
 QVAMVIS MAGNA PIO SVSPIRET ROMA DOLORE  
 TERTIA QVOD SACRI PATITVR IAM DAMNA SEPVLCRI  
 10 NEC TAMEN ANGVSTAM SEDEM QVIS DIXERIT AVLAE  
 CORPORIS HAEC DOMVS EST NAM TE PIA VIRGO SVPERNVVM  
 ACCIPIT IMPERIVM PLACIDAE POST MVNERA MORTIS  
 AETERNAE CHRISTVS PRECIVM TIBI DESTINAT AVLAE  
 PRAEMIA DANS CASTIS INTACTAE MATRIS HONOREM  
 15 TE MEDIVS IVLI TRANSCENDIT FERVIDE CVRSVS  
 ET TE VIRGO TVVS TRANSVEXIT AD AETHERA SPONSVS

Alciatus codd. et aliis et Dresd. l. 1 f. 160. Inde reliqui: Grut. 1055, 6; Puricelli Ambros. monum. 1, 174; Allegranza sep. chr. p. 36. Scaliger ad Grut. l. c. ait titulum se reperisse etiam in vetere codice Pithoei